

Deus exercituum revertere obsecro, respice de caelo; et vide, et visita vineam hanc.

Et radicem quam plantavit dextera tua, et filium quem confirmasti tibi.

Succensam igni, <sup>1</sup>dirutam: ab increpatione faciei tuæ percant.

## SALMO LXXX.

<sup>3</sup>Laudate Deum fortitudinem nostram: jubilate Deo Jacob.

Assumite carmen et date tympanum: citharam decoram cum psalterio.

Clingite in neomenia buccina, et <sup>4</sup>in medio mensæ, die solemnitatis nostræ.

Quia legitimum Israël est, iudicium Deo Jacob.

Testimonium in <sup>5</sup>Joseph posuit, cum egrediretur de terra Ægypti: labium quod nesciebam audivi.

Amovi ab onere humerum ejus: manus ejus à cophino recesserunt.

In tribulatione invocasti, et erui te, exaudi vi te in abscondito tonitru: probavi te super aquam contradictionis. SEMPER.

Audi populus meus, et contestabor te: Israël si audieris me.

## SALMO LXXXI.

Deus stetit in coetu Dei: in medio deos iudicat.

Usquequo iudicatis iniquitatem, et facies impiorum suscipitis. SEMPER.

Judicate pauperi et pupillo, egeno et inopi justè facite.

Salvate inopem et pauperem: de manu impiorum liberate.

Non cognoscunt nec intelligunt, in tenebris

## SALMO LXXXII.

Deus ne taceas tibi; ne sileas, et non quiescas Deus.

Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, et qui oderunt te, levaverunt caput.

Contra populum tuum nequiter tractaverunt, et inierunt consilium adversus arcanum tuum.

Dixerunt: Venite, et conteramus eos de gente, et non sit memoria nominis Israël ultra.

Quoniam tractaverunt corde pariter: contra te foedus pepigerunt.

Tabernacula Idumææ et Ismaëliitarum: Moab et Agareni

<sup>1</sup> deramutam — <sup>2</sup> illumina — <sup>3</sup> Cantate Deo fortitudini nostræ — <sup>4</sup> in throno — <sup>5</sup> Jobezeph — <sup>6</sup> extraneum — <sup>7</sup> consensit — <sup>8</sup> junxit se

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Et non recedemus à te: vivificabis nos, et nomine tuo vocabimur.

Domine Deus exercituum converte nos: <sup>2</sup>ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Non sit in te deus alienus, et non adores deum <sup>6</sup>peregrinum.

Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, et implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam: et Israël non <sup>7</sup>credidit mihi.

Et dimisi eum in pravitate cordis sui: ambulabunt in consiliis suis.

Utinam populus meus audisset me: Israël in viis meis ambulasset.

Quasi nihilum inimicos ejus humiliassem, et super hostes eorum vertissem manum meam.

Qui oderunt Dominum, negabunt eum: et erit tempus eorum in sæculum.

Et cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra, melle saturavit eos.

ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dii estis vos, et filii Excelsi omnes vos.

Ergo quasi Adam moriemini, et quasi unus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnes gentes.

Gabal et Ammon et Amalec: Palæstina cum habitatoribus Tyri.

Sed et Assur <sup>8</sup>venit cum eis: facti sunt brachium filiorum Lot. SEMPER.

Fac illis sicut Madian, sicut Sisaræ, sicut Jabin in torrente Cison.

Contriti sunt in En-Dor: fuerunt quasi sterquilinum terræ.

Pone duces eorum sicut Oreb, et Zeb, sicut Zabee, et Salmana omnes principes eorum.

Qui dixerunt, possideamus nobis: pulchritudinem Dei.

## SALMO LXXXV.

Deus meus pone eos ut rotam: quasi stipulam ante faciem venti.

Quomodo ignis comburit sylvam, et sicut flamma devorat montes.

Sic persequeris eos in tempestate tua, et in turbine tuo conturbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum Domine.

Confundantur et conturbentur usque in <sup>4</sup>sæculum: et erubescant, et pereant.

Et sciant quia nomen tuum est Dominus solus tu: excelsus super omnem terram

## SALMO LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula tua Domine exercituum!

Desiderat et deficit anima mea in atria Domini: cor meum et caro mea laudabunt Deum, Deum viventem.

Siquidem passer invenit domum, et avis nidum sibi, ubi ponat pullos suos:

Altaria tua Domine exercituum, rex meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua: adhuc laudabunt te. SEMPER.

Beatus homo cujus fortitudo est in te: semita in corde ejus.

Transeuntes in valle fletus, fontem ponent eam: benedictionem quoque amicietur doctor.

Ibunt de fortitudine in fortitudinem: parebunt apud Deum in Sion.

Domine Deus exercituum exaudi orationem meam: <sup>2</sup>ausculta Deus Jacob. SEMPER.

Clypeus noster vide Deus, et attende faciem Christi tui.

Quoniam melior est dies in atris tuis super millia: elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis impietatis.

Quia sol et scutum Dominus Deus, gratiam et gloriam dabit Dominus:

Nec prohibebit bonum ab iis qui ambulant in perfectione.

Domine exercituum: beatus homo qui confidit in te.

## SALMO LXXXIV.

Placatus es Domine terræ tuæ: reduxisti captivitatem Jacob.

Dimisisti iniquitatem populo tuo: operuisti omnes iniquitates eorum. SEMPER.

Continuisti omnem indignationem tuam: conversus es ab ira furoris tui.

Converte nos Deus <sup>3</sup>Jesus noster, et solve iram tuam adversum nos.

Noli in æternum irasci nobis: extendens iram tuam in generationem et generationem.

Nonne tu revertens vivificabis nos, et populus tuus lætabitur in te?

Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur Deus Dominus: lo-

quetur enim pacem ad populum suum et ad sanctos suos, ut non convertantur ad stultitiam.

Verumtamen propè est his qui timent eum salutare ejus, ut habitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas occurrerunt: justitia et pax deosculatæ sunt.

Veritas de terra orta est, et justitia de coelo prospexit.

Sed et Dominus dabit bonum, et terra nostra dabit germen suum.

Justitia ante eum ibit, et ponet in via gressus suos.

## SALMO LXXXV.

Inclina Domine aurem tuam, exaudi me: quia egenus et pauper ego.

Custodi animam meam, quia <sup>4</sup>sanctus ego: salva servum tuum tu Deus meus, qui confidit in te.

Miserere mei Domine: quoniam ad te clamabo tota die.

Lætifica animam servi tui: quia ad te Domine animam meam levo.

Tu enim es Domine bonus: et propitiabilis, et multus misericordiæ omnibus qui invocant te.

<sup>5</sup>Exaudi Domine orationem meam, et ausculta vocem deprecationum mearum.

In die tribulationis meæ invocabo te, quia exaudies me.

Non est similis tui in diis Domine, et non est juxta opera tua.

<sup>1</sup> æternum — <sup>2</sup> auribus percipe — <sup>3</sup> salutaris — <sup>4</sup> misericors — <sup>5</sup> Auribus percipe



Omnes gentes quas fecisti, venient et adorabunt coram te Domine, et glorificabunt nomen tuum.

Quia magnus es tu, et faciens mirabilia, tu Deus solus.

<sup>1</sup> Doce me Domine viam tuam, ambulem in veritate tua: unicum fac cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in <sup>2</sup> sempiternum.

Quia misericordia tua magna super me, et eruisi animam meam de inferno <sup>3</sup> extremo.

Deus superbi surrexerunt adversum me, et coetus robustorum quaesierunt animam meam, et non posuerunt te in conspectu suo.

Tu autem Domine Deus misericors et clemens: <sup>4</sup> patiens, et multae misericordiae et verus.

Respice ad me et miserere mei: da fortitudinem tuam servo tuo, et salva filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonitate, et videant qui oderunt me, et confundantur:

Quia tu Domine auxiliatus es mihi, et consolatus es me

## SALMO LXXXVI.

Fundamenta ejus in montibus sanctuarii.

Diligit Dominus portas Sion: super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt in te civitas Dei. SEMPER.

Commemorabo superbiae et Babylonis scientibus me:

Ecce Palaestina et Tyrus cum Aethiopia: iste natus est ibi.

Ad Sion autem dicetur: vir, et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus.

Dominus numerabit scribens populos: iste natus est ibi. SEMPER.

Et <sup>5</sup> cantores quasi in choris: omnes fontes mei in te.

## SALMO LXXXVII.

Domine Deus salutis meae: per diem clamavi, et nocte coram te.

Ingrediatur ante te oratio mea: inclina aurem tuam ad laudationem meam.

Quia repleta est malis anima mea, et vita mea ad infernum <sup>6</sup> descendit.

Reputatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum quasi homo invalidus, inter mortuos liber;

Sicut interfecti et dormientes in sepulchro, quorum non recordaris amplius: et qui a manu tua abscisi sunt.

Posuisti me in lacu <sup>7</sup> novissimo: in tenebris, in profundis.

Super me confirmatus est furor tuus, et cunctis fluctibus tuis afflixisti me. SEMPER.

Longè fecisti notos meos a me, posuisti me abominationem eis, clausum, et non prodeuntem.

Oculus meus infirmatus est ab afflictione, vocavi te Domine tota die: expandi ad te palmas meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: aut gigantes surgent, et confitebuntur tibi? SEMPER.

Numquid narrabitur in sepulchro misericordia tua, veritas tua in perditione?

Numquid noscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra quae oblivioni tradita est?

Ego autem ad te Domine <sup>8</sup> clamavi, et mane oratio mea praeveniet te.

Quare Domine abjicis animam meam: abscondis faciem tuam a me?

Pauper ego et ærumnosus, ab adolescentia; portavi furorem tuum, conturbatus sum.

Super me transierunt irae tuae: terrores tui oppresserunt me.

Circumdederunt me quasi aquae tota die: vallaverunt me pariter.

Longè fecisti a me amicum et sodalem: notos meos <sup>9</sup> abstulisti.

## SALMO LXXXVIII.

Misericordias Domini in <sup>10</sup> aeternum cantabo: in generatione et generatione <sup>11</sup> annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Quia <sup>12</sup> dixi, <sup>13</sup> sempiterna misericordia aedi-

ficabitur: coelos fundabis, et veritas tua in eis.

Percussi foedus cum electo meo: juravi David servo meo.

<sup>1</sup> Illumina mihi — <sup>2</sup> saeculum — <sup>3</sup> inferiori — <sup>4</sup> tardus ad furorem — <sup>5</sup> cantabunt — <sup>6</sup> usque pervenit — <sup>7</sup> subteriori — <sup>8</sup> deprecatus sum — <sup>9</sup> prae tenebris — <sup>10</sup> saeculum — <sup>11</sup> innotescam — <sup>12</sup> dixisti — <sup>13</sup> saeculum

Usque in aeternum stabiliam semen tuum, et aedificabo in generatione et generatione thronum tuum. SEMPER.

Et confitebuntur coeli mirabilia tua Domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quis enim in nube aequabitur Domino: assimilabitur Domino in filiis Dei?

Deus <sup>1</sup> inclutus in arcano sanctorum nimio, et terribilis <sup>2</sup> in cunctis qui circa eum sunt.

Domine Deus exercituum, quis similis tibi? fortissime Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris superbiae maris, et elationes gurgitum ejus <sup>3</sup> tu comprimis.

Tu confregisti quasi vulneratum, superbum: in brachio fortitudinis tuae dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt coeli, et tua est terra: orbem et plenitudinem ejus tu fundasti ea.

Aquilonem et dexteram tu creasti: Thabor et Hermon nomen tuum laudabunt.

<sup>4</sup> Tuum brachium cum fortitudine: roboretur manus tua, et exaltetur dextera tua.

Justitia et iudicium firmamentum throni tui: misericordia et veritas praecedent faciem tuam.

Beatus populus qui novit jubilem: Domine in lumine vultus tui ambulabunt.

In nomine tuo exultabunt tota die, et in justitia tua exaltabuntur.

Quia gloria fortitudinis eorum tu es, et in voluntate tua elevabis cornu nostrum.

Quia a Domino est <sup>5</sup> protectio nostra, et a sancto Israël rege nostro.

Tunc loquutus es per visionem <sup>6</sup> sanctis tuis: et dixisti: Posui adjutorium super robustum, exaltavi electum de populo.

Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.

Cum quo manus mea firma erit, et brachium meum roborabit eum.

Non decipiet inimicus eum, et filius iniquitatis non affliget eum.

Sed concidam ante faciem ejus hostes illius: et qui eum oderunt, <sup>7</sup> percutiam.

Veritas autem mea et misericordia mea cum eo, et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus: et in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocabit me, pater meus es tu: Deus meus, et fortitudo salutis meae.

Ego autem primogenitum <sup>8</sup> ponam eum, excelsum regibus terrae.

In <sup>9</sup> aeternum custodiam ei misericordiam meam, et pactum meum fidele ei.

Et ponam perpetuum semen ejus, et thronum ejus sicut dies coeli.

Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint.

Si caeremonias meas prophanaverint, et praecepta mea non custodierint.

Visitabo in virga <sup>10</sup> scelera eorum, et in plagis iniquitates eorum.

Misericordiam autem meam non auferam ab eo: nec mentiar in veritate mea.

Non violabo pactum meum, et quod egressum est de labiis meis, non mutabo.

Semel juravi in sancto meo, ne <sup>11</sup> David mentiar.

Semen ejus in <sup>12</sup> aeternum erit, et thronus ejus sicut sol <sup>13</sup> in conspectu meo.

Sicut luna stabilietur in <sup>14</sup> aeternum, et testis in <sup>15</sup> coelo fidelis. SEMPER.

Tu autem repulisti et projecisti: iratus es adversus Christum tuum.

Attenuasti pactum servi tui: prophanasti in terra diadema ejus.

<sup>16</sup> Dissipasti omnes <sup>17</sup> macerias ejus: posuisti munitiones ejus pavorem.

Diripuerunt eum omnes qui transeunt per viam, factus est opprobrium vicinis suis.

Elevasti dexteram hostium ejus: laetificasti omnes inimicos illius.

Nam et avertisti robur gladii ejus, et non sublevasti eum in praelio.

<sup>18</sup> Quiescere fecisti munditiam ejus, et thronum illius in terra detraxisti.

Abbreviasti dies adolescentiae ejus: operuisti eum ignominia. SEMPER.

Usquequo Domine absconderis in finem? succendetur quasi ignis indignatio tua?

Memento mei de profundo: alioquin quare frustra creasti filios hominum?

Quis est vir qui vivat, et non videat mortem: salvans animam suam de manu inferi? SEMPER.

Ubi sunt misericordiae tuae <sup>19</sup> antiquae Domine, quas jurasti David in veritate tua?

Recordare Domine opprobrii servorum tuorum, <sup>20</sup> portavi in sinu meo omnes iniquitates populorum.

Quibus exprobraverunt inimici tui Domine: quibus exprobraverunt vestigia Christi tui.

Benedictus Dominus in <sup>21</sup> sempiternum: amen et amen.

## SALMO LXXXIX.

Domine habitaculum factus es nobis, in generatione et generatione.

Antequam montes nascerentur, et parturire-

tur terra, et orbis: a saeculo, et usque in saeculum tu es Deus.

<sup>22</sup> Converteres hominem usque ad contri-

<sup>1</sup> robustus — <sup>2</sup> super omnes, qui in circuitu ejus — <sup>3</sup> magnificas — <sup>4</sup> Tibi — <sup>5</sup> protectore nostro — <sup>6</sup> misericordibus — <sup>7</sup> fulminabo — <sup>8</sup> dabo — <sup>9</sup> saeculum — <sup>10</sup> scelus — <sup>11</sup> si — <sup>12</sup> saeculum — <sup>13</sup> coram me — <sup>14</sup> saeculum — <sup>15</sup> nube — <sup>16</sup> Dirupisti — <sup>17</sup> sepes — <sup>18</sup> Delicere — <sup>19</sup> priscae — <sup>20</sup> quia — <sup>21</sup> saeculum — <sup>22</sup> Convertis



tionem, et <sup>1</sup> diceas, revertimini filii Adam. Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesternæ quæ pertransiit, et vigilia nocturna.

Percutiente te eos somnium erunt: manè quasi herba pertransiens.

Manè floruit et abiit: ad vesperam contetur atque siccabitur.

Consumti enim sumus in furore tuo, et in indignatione tuâ conturbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras coram te: negligentias nostras in luce vultus tui.

Omnes enim dies nostri transierunt in furore tuo: consumsimus annos nostros quasi sermonem loquens.

Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem multum, octoginta anni et

<sup>2</sup> quod amplius labor et dolor: quoniam transivimus citò et avolvimus.

Quis novit fortitudinem iræ tuæ? et secundum timorem tuum indignationem tuam?

Ut numerentur dies nostri sic ostende, et veniemus corde sapienti.

Revertere Domine: usquequò? et exorabilis esto super servos tuos.

<sup>3</sup> Imple nos matutinâ misericordiâ tuâ, et laudabimus et lætabimur in cunctis diebus nostris.

Lætifica nos <sup>4</sup> pro diebus quibus afflixisti nos, et annis in quibus vidimus mala.

Appareat apud servos tuos opus tuum, et <sup>5</sup> gloria tua super filios eorum.

Et sit <sup>6</sup> decor Domini Dei nostri super nos, et opus manuum nostrarum fac stabile super nos: et opus manuum nostrarum confirma.

## SALMO XC.

Qui habitat in abscondito excelsi: in umbraculo Domini commorabitur.

Dicens Domino, spes mea, et fortitudo mea: Deus meus confidam in eo.

Quia ipse liberabit te de laqueo venantium: de morte insidiarum.

In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub alis ejus sperabis: <sup>7</sup> scutum et protectio veritas ejus.

Non timebis à timore nocturno: à sagitta volante per diem.

A peste in tenebris ambulante: à morsu <sup>8</sup> insidiantis meridie.

Cadent à latere tuo mille, et decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis <sup>9</sup> videbis, et <sup>10</sup> ultionem impiorum cernes.

Tu enim es Domine spes mea: excelsum posuisti habitaculum tuum.

Non accedet ad te malum, et lepra non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quia Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In <sup>11</sup> manibus portabunt te: ne fortè offendant ad lapidem pes tuus.

Super aspidem et basiliscum calcabis: conculcabis leonem et draconem.

Quoniam mihi adhæsit, et liberabo eum: exaltabo eum, quoniam cognovit nomen meum.

Invocabit me, et exaudiam eum, cum ipso ego in tribulatione: eruam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum <sup>12</sup> implebo eum, et ostendam illi salutare meum.

## SALMO XCI

Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime.

Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, et fidem tuam <sup>13</sup> in nocte.

In decachordo et in psalterio, in <sup>14</sup> cantico, in cithara.

Quoniam lætificasti me Domine in opere tuo: in facturis manuum tuarum laudabo.

Quam magnificata sunt opera tua Domine: satis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget istud.

Germinaverunt impii quasi foenum, et floruerunt omnes qui operantur iniquitatem, ut conterantur usque in sempiternum.

Tu autem excelsus in <sup>15</sup> æternum Domine. Ecce inimici tui Domine, ecce inimici tui peribunt, et <sup>16</sup> dissipabuntur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur quasi monocerotis cornu meum, et senectus mea in oleo ubere.

Et respiciet oculus meus insidiantes mihi, de his qui consurgunt adversum me malignantibus audiet auris mea.

<sup>1</sup> dicis — <sup>2</sup> in potentatibus — <sup>3</sup> Satis — <sup>4</sup> secundum dies — <sup>5</sup> decor tuus — <sup>6</sup> pulchritudo — <sup>7</sup> hasta — <sup>8</sup> insanientis, vel demonis meridiani — <sup>9</sup> conspicies — <sup>10</sup> expletionem — <sup>11</sup> palmis — <sup>12</sup> satiabo — <sup>13</sup> per noctem — <sup>14</sup> carmine — <sup>15</sup> sæculum — <sup>16</sup> dividuntur

Justus ut palma florebit, ut cedrus in Libano multiplicabitur.

Transplantati in domo Domini: in atris Dei nostri germinabunt.

Adhuc fructificabunt in senectute: pingues et frondentes erunt.

Annuntiantes quia rectus Dominus: fortitudo mea, et non est iniquitas in eo.

## SALMO XCII.

Dominus regnavit, gloriâ indutus est:

Indutus est Dominus fortitudine, et accinctus est: insuper appendit orbem qui non commovebitur.

Firmum solium tuum ex tunc, à sæculo tu es.

Levaverunt flumina Domine, levaverunt flumina vocem suam:

Levaverunt flumina gurgites suos: à vocibus aquarum multarum.

Grandes fluctus maris: grandis in excelsis Dominus.

Testimonia tua fidelia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitas, Domine in longitudine dierum.

## SALMO XCIII.

Deus ultionum Domine: Deus ultionum ostendere.

Elevare iudex terræ: redde vicissitudinem superbis.

Usquequo impii Domine? usquequo impii exultabunt?

Fluent loquentes antiquum: garrient omnes qui operantur iniquitatem:

Populum tuum Domine conterent, et hereditatem tuam affligent.

Viduam et advenam interficient, et pupillos occident.

Et dixerunt: Non videbit Dominus, et non intelliget Deus Jacob.

Intelligite stulti in populo, et insipientes aliquando discite.

Qui plantavit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non <sup>1</sup> videbit?

Qui <sup>2</sup> erudit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam.

Dominus novit cogitationes hominum, quia vanæ sunt.

Beatus vir quem tu <sup>3</sup> erudieris Domine, et de lege tua docueris eum.

Ut quiescat à diebus afflictionis: donec foediatur impio interitus.

Non enim derelinquet Dominus populum suum, et hereditatem suam non deseret.

Quoniam ad justitiam revertetur iudicium, et sequentur illud omnes recti corde.

Quis stabit pro me adversum malos? quis stabit pro me adversus operarios iniquitatis?

Nisi quia Dominus auxiliator meus: paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam, motus est pes meus: misericordia tua Domine sustentabit me.

In multitudine cogitationum mearum, quæ sunt in me intrinsecus: consolationes tuæ delectabunt animam meam.

Numquid particeps erit tui thronus insidiarum, fingens dolorem in præcepto?

Copulabuntur adversus animam justî, et sanguinem innocentem condemnabunt.

Erit autem Dominus mihi in refugium, et Deus meus quasi petra spei meæ.

Et restituet super eos <sup>4</sup> iniquitatem suam, et in malitia sua perdet eos: perdet eos Dominus Deus noster.

## SALMO XCIV.

Venite laudemus Dominum: jubilemus <sup>5</sup> petrae Jesu nostro.

Præoccupemus vultum ejus in <sup>6</sup> actione gratiarum: in <sup>7</sup> canticis jubilemus ei.

Quoniam <sup>8</sup> fortis et magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.

In cuius manu fundamenta terræ, et excelsa montium ipsius sunt.

Cujus est mare; ipse enim fecit illud, et siccam manus ejus plasmaverunt.

Venite adoremus et curvemur: flectamus genua ante faciem Domini factoris nostri.

Quia ipse Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et <sup>9</sup> grex manûs ejus.

Hodie si vocem ejus audieritis: nolite obdurare corda vestra, sicut in contradictione: sicut in die tentationis in deserto.

Ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt me, et viderunt opus meum.

Quadraginta annis displicuit mihi generatio:

<sup>1</sup> respiciet — <sup>2</sup> castigat — <sup>3</sup> castigaveris — <sup>4</sup> dolorem suum — <sup>5</sup> forti salutari — <sup>6</sup> confessione — <sup>7</sup> psalmis — <sup>8</sup> Deus — <sup>9</sup> oves



et dixi populus errans corde est, et non cognoscens vias meas.

Et juravi in furore meo, ut non introirent in requiem meam.

## SALMO XCV.

Cantate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra.

Canite Domino, benedicite nomini ejus : annuntiate de die in diem salutare ejus.

Narrate in gentibus gloriam ejus : in universis populis mirabilia ejus.

Quia magnus Dominus, et laudabilis nimis : terribilis est super omnes deos.

Omnes enim dii populorum <sup>1</sup> sculptilia : Dominus autem celos fecit.

Gloria, et decor ante vultum ejus : fortitudo et exultatio in sanctuario ejus.

Afferte Domino familiæ populorum : afferte Domino gloriam et fortitudinem.

Afferte Domino gloriam nomini ejus : levate munera, et introite in atria ejus.

Adorate Dominum in decore sanctuarii : paveat à facie ejus omnis terra.

Dicite in gentibus, Dominus regnavit : siquidem appendet orbem immobilem : judicabit populos in æquitatibus.

Lætamini coeli et exsultet terra : tonet mare et plenitudo ejus.

Gaudeat ager meus et omnia quæ in eo sunt : tunc laudabunt universa ligna saltus.

Ante faciem Domini quoniam venit, quoniam venit judicare terram :

Judicabit orbem in justitia, et populos in fide sua.

## SALMO XCVI.

Dominus regnavit, exsultet terra : lætabuntur insulæ multæ.

Nubes et caligo in circuitu ejus : justitia et judicium firmamentum solii ejus.

Ignis ante faciem ejus ibit, et exuret per circuitum hostes ejus.

<sup>2</sup> Apparuerunt fulgura ejus orbi : vidit, et contremuit terra.

Montes sicut cera tabefacti sunt à facie Domini : à facie dominatoris omnis terræ.

Annuntiaverunt celi justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur universi qui serviunt sculptili, qui gloriantur in idolis.

Adorate eum omnes dii.

Audivit et lætata est Sion : et exsultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.

Tu enim Dominus excelsus super omnem terram : vehementer elevatus est super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : custodit animas <sup>3</sup> sanctorum suorum, de manu impiorum eruct eos.

Lux <sup>4</sup> orta est justo, et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino, et confitemini memoriam sanctæ ejus.

## SALMO XCVII.

Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : <sup>5</sup> in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, et veritatis suæ domui Israël, viderunt omnes fines terræ, salutare Dei nostri.

Jubilare Domino omnis terra : vociferamini, et laudate, et <sup>6</sup> canite.

<sup>7</sup> Canite Domino in cithara : in cithara et voce <sup>8</sup> carminis.

In tubis et clangore buccinæ : jubilate coram rege Domino.

Tonet mare et plenitudo ejus : orbis et habitatores ejus.

Flumina plaudent <sup>9</sup> manu : simul montes laudabunt.

Ante Dominum, quia venit judicare terram : judicabit orbem in justitia, et populos in æquitatibus.

<sup>1</sup> idola : — <sup>2</sup> illuxerunt — <sup>3</sup> misericordium — <sup>4</sup> seminata — <sup>5</sup> in oculis — <sup>6</sup> psallite — <sup>7</sup> Psallite — <sup>8</sup> psalmi — <sup>9</sup> palma

## SALMO XCVIII.

Dominus regnavit, commoveantur populi : sessor cherubim concutiat terra.

Dominus in Sion magnus, et excelsus est super omnes populos.

Constituantur nomini tuo <sup>1</sup> magno, et terribili sanctoque : et imperium regis judicium diligit :

Tu fundasti æquitates : judicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus : quia sanctus est.

Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, et

Samuel in his qui invocant nomen ejus : Invocabant Dominum, et ipse exaudivit eos : in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodierunt testimonia ejus, et præceptum quod dedit eis.

Domine Deus noster tu exaudisti eos : Domine propitius fuisti eis, et ultor super <sup>2</sup> commutationibus eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus : quia sanctus Dominus Deus noster.

## SALMO XCIX.

Jubilare Deo omnis terra. Servite Domino in lætitia.

Ingredimini coram eo in laude : scitote quoniam Dominus ipse est Deus.

Ipse fecit nos : et ipsius sumus populus ejus, et <sup>3</sup> grex pascuæ ejus.

Ingredimini portas ejus <sup>4</sup> in gratiarum actione, atria ejus in laude :

Confitemini ei, benedicite nomini ejus : Quia bonus Dominus :

In <sup>5</sup> sempiternum misericordia ejus, et usque ad generationem et generationem fides ejus.

## SALMO C.

Misericordiam, et judicium cantabo : tibi Domine psallam.

Erudiar in via perfecta quando venies ad me : Ambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus meæ.

Non ponam coram oculis meis verbum <sup>6</sup> Belli, facientem declinationes odivi : nec adhæsit mihi.

Cor pravum recedet à me : malum nesciam.

<sup>7</sup> Loquentem in abscondito contra <sup>8</sup> proximum suum, hunc interficiam :

Superbum oculis et altum corde : cum hoc esse non poteram.

Oculi mei ad fideles terræ : ut habitent mecum, ambulans in via simpliciter, hic ministrabit mihi.

Non habitabit in medio domus meæ faciens dolum, loquens mendacium, non placebit in conspectu oculorum meorum.

Manè perdam omnes impios terræ, ut interficiam de civitate Domini universos qui operantur iniquitatem.

## SALMO CI.

Domine audi orationem meam, et <sup>9</sup> clamor meus ad te veniat.

Ne abscondas faciem tuam à me : in die tribulationis meæ inclina ad me aurem tuam :

In quacumque die invocavero, <sup>10</sup> velociter exaudi me.

Quoniam consumti sunt sicut fumus dies mei, et ossa mea quasi frixa contabuerunt.

Percussus est quasi foenum, et arefactum est cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Assimilatus sum pellicano deserti : factus sum quasi bubo solitudinum.

Vigilavi, et fui sicut avis solitaria super tectum.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei : <sup>11</sup> exsultantes per me jurabant.

Quia cinerem sicut panem comedi, et potum meum cum fletu miscui.

A facie indignationis tuæ, et iræ tuæ : quia levasti me et allisisti me.

Dies mei <sup>12</sup> quasi umbra inclinati sunt, et ego quasi foenum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes, et

<sup>1</sup> magne et terribilis, sanctum nomen ejus : et fortitudo — <sup>2</sup> adinventionibus — <sup>3</sup> oves — <sup>4</sup> in confessione — <sup>5</sup> seculum — <sup>6</sup> diaboli — <sup>7</sup> Detrahentem — <sup>8</sup> sodalem suum — <sup>9</sup> deprecatio mea — <sup>10</sup> festina — <sup>11</sup> insultantes mihi — <sup>12</sup> sicut umbra inclinata